



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Judiciis Ecclesiasticis Ad Germaniæ Catholicæ
Principia Et Usum**

De iudiciis criminalibus

Zech, Franz Xaver

Ingolstadii [u.a.], 1766

Titulus XXV. De Incendiariis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68185](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68185)

TITULUS XXV.
DE INCENDIARIIS.

Conf. Lib. V. Decretal. Tit. 17.

§. 316.

IN Libris Decretalium sub eadem Rubrica agitur de Raptoribus & Incendiariis: unde priori Titulo de Rapina mox adjungimus Titulum de Incendiariis. Horum *peffimam & depulatricem & horrendam malitiam* detestantur Sacri Canones 71.). Intelligitur hoc loco Delictum publicum, quo ædificiis, vel aliis rebus, contra securitatem publicam ignis subjicitur.

§. 317. Apud veteres Germanos pro Incendio doloso statuta erat multa pecuniaria 72.), per quam compensetur damnum. Constitutio Carolina 73.) dicitur pœnam ignis, sive magnum, sive modicum damnum datum sit. Huic pœnæ subjacet, qui materiam igni concipiendo aptam in ædibus

Incendiariorum

Pœna in foro seculari

B b 5 bus

71.) C. 32. XXIII. q. 8.

72.) Leg. Salic. tit. 19. Ripuariorum tit. 17. Frifionum tit. 7. Leges Saxonum tamen & Edictum Regis Theodorici pœnam capitalem statuunt.

73.) Art. 125.

bus deposuit, & nocendi animo inflammavit, licet ipsæ ædes nondum ardere cæperint: item qui proprias ædes incendit eo fine, ut iisdem combustis, etiam vicinorum domus corripierentur, licet ignis mature fuerit extinctus. Ab ordinaria tamen pœna excusat pœnitentia, si quis materiam a se positam removeat, antequam incendium erumpat 74.)

*Et in fo-
ro Ec-
clejasti-
co.*

§. 318. Sacri Canones 75.) se referunt ad Leges Longobardicas, quæ juxta morem illorum temporum jubent, ut imposita mulcta pecuniaria, pretium accensæ casæ compen-
etur iis, quorum interest 76.). Sic etiam statuitur, si egressus ignis comprehenderit acervos frugum, sive stantes segetes in agris, reddet damnum, qui ignem succenderit 77.). Canon iste desumptus est ex v teri Testamento 78.), ubi legitur, si egressus ignis invenerit spinas &c. scilicet si quis negligentia sua igni
a

74.) De pœna Juris communis veteris vid. MENOCHIUS de Arbitr. Judic. c. 39.

75.) C. 8. XII. q. 2.

76.) Leg. Longobard. lib. I. tit. 17. leg. 1. quæ est Lex 19. ROTHARIS Regis.

77.) C. 5. de Injuriis.

78.) Exodi C. 22. v. 6.

a se excitato male advigilarit, nec ca-
verit, ne proserperet, itaque factum,
sit, ut ignis spinas, quæ segetem se-
piebant, atque exinde ipsam segetem
corripuerit, teneatur de damno 79.).
Agitur proin hoc loco de Incendio
culposo. De doloso autem mox sub-
jungitur: *Si quis domum vel aream cu-
jusquam incenderit voluntarie, sublata &
incensa omnia restituat, & tres annos pœ-
niteat 80.).* Si quis autem segetes
malitiose incenderet, numeraretur
inter depopulatores agrorum, qui ab
Asylo Ecclesiastico excluduntur. Se-
verius puniri merentur sacrilegi Ec-
clesiarum violatores: unde *si quis Ec-
clesiam igne combusserit, quindecim annis
pœniteat, & eam sedulo restituat, &
pretium suum pauperibus distribuatur 81.).*
Adverti meretur, in Canonibus non
reperiri pœnam hujus delicti Cleri-
cis infligendam: forsan enim non
sunt arbitrati conditores Canonum,
aliquem Clericum in tantum scelus
incursum, absque ulla sui utilitate
seu voluptate, ac magna aliorum ja-
ctura:

79.) Sic commentatur CORNELIUS A LA-
PIDE ad cit. loc.

80.) C. 6. de Injur.

ctura : ideo pœna erit arbitrio Judicis relinquenda, juxta doli, ac loci & damnorum qualitatem & quantitatem 82.).

Incedium præsumitur ortum ex culpa: §. 319. Quæri solet, an incendio in ædibus conductis orto, de cujus auctore non constat, damnum pertineat ad dominum ædium, vel ad conductorem. Incendia plerumque culpa inhabitantium fieri, præsumitur in Legibus 83.): non tamen continuo patremfamilias teneri, sed ad eum nihil pertinere, si diligentiam debitam adhibuerit, certum in jure est 84.). Ex hoc autem potest colligi, diligentiam a patrefamilias debere probari: præsumitur enim ejus culpa, nisi diligentiam probaverit. Videtur qui-

81.) C. 14. XVII. q. 4. Per pretium in hoc canone intelligitur Werigeldum, de quo sequenti titulo dicetur.

82.) Hæc verba sunt BERNARDI DIAZ præf. crim. c. 98. & ab IGNATIO LOPEZ ponitur c. 109. ubi docet ex variis auctoribus, Incendiarium loci sacri vel Monasterii ipso jure excommunicatum esse, excommunicandum autem, si locus non sit sacer.

83.) L. 3. §. 1. ff. de Offic. Præf. Vigil.

84.) L. 11. ff. de peric. & commod. rei vend.

quidem requiri, ut certi hominis factum arguamus 85.): hoc tamen solummodo locum habere existimatur in caupona publica, ubi sunt plures hospites & viatores, quorum culpa evenire incendium potest: pro his autem caupo non tenetur. In aliis vero occasionibus, non semper requiri culpam determinatæ personæ, desumi solet ex eo, quod lege Aquilia omnes, qui vulnerarunt, tenentur, licet non constet, a quo fuerit occisus 86.). Quamvis igitur non constet, cuius culpa ortum sit incendium, nihilominus potest præsumi culpa patrisfamilias, & hanc a legibus præsumi, patet ex eo, quia diligentiam suam probare debet: nam absolvitur, si diligentiam adhibuerit; hæc autem consistit in facto, quod debet probari.

§. 320. Ista tanti momenti non Condantur, ut cogant recedere ab ea sententia, quam insinuavi alibi 87.), quod dominus ædium debeat probare, *semper tenetur*

85.) L. 6. §. fin. ff. Nautæ, Caupon. *ex incendio.*
Stabular. &c.

86.) L. 51. §. 1. ff. ad Leg. Aquil.

87.) De Jur. Rer. Eccl. sect. 4. §. 321.
not. 84.

re, an culpa intervenerit saltem levis, & cui imputanda: posset enim incendium ortum esse ex culpa levissima, ad quam præstandam non tenetur conductor 88.). Notari tamen meretur consuetudo in his partibus passim recepta, ut dominus habitans in suis ædibus, in quibus oritur incendium, teneatur multam præstare Magistratui, nisi plane constet, illud fuisse casuale. Fit istud ad acuendam diligentiam; præsumitur enim culpa, ex qua vicinis magnum periculum imminet. Si igitur in domo conducta incendium oritur, conductor debet eandem multam pendere, etsi non obligaretur ad damnum domino ædium compensandum. Notari etiam meretur consilium, quod MENOCHIUS 89.) aliquando in ejusmodi casu dedit Judici, ut iste statim exorto incendio jubeat comprehendi inhabitantes domum, & eos de autore incendii interroget: hac enim ratione facilius com-

88.) Ita sentit ANDR. GAIL lib. 2. observ. 21. contra FACHINÆUM Controv. lib. 1. c. 87. ubi in utramque partem Autores allegantur.

89.) Cit. c. 390.

comperietur veritas, si domestici
tempus non habeant conferendi in-
ter se consilia.

TITULUS XXVI.

DE HOMICIDIO SIMPLICI.

*Conf. Lib. V. Decretal. Tit. 12. In Sext.
Tit. 4. In Clement. Tit. 4.*

§. 321.

POSTQUAM egimus de Criminibus *Homici-*
contra Justitiam circa bona tem- *dium*
poralia; dicendum nunc est de Cri-
minibus contra eandem virtutem cir-
ca vitam hominis. Varii Tituli utrius-
que Juris huc referuntur, qui vastis-
simam præbent materiam huic tra-
ctationi: pro instituto tamen præsen-
tis opusculi in compendium sunt
omnia redigenda.

§. 322. Homicidium dicitur a cæ- *Necessa-*
de hominis, estque *violenta ex anima. rium au-*
tio hominis ab homine facta. Dividitur *toritate*
in *Necessarium, Dolosum, Culpo-*
publica,
sum & Casuale. *Necessarium* est, quod
vel a privato fit pro defensione con-
tra aggressorem, servato tamen mo-
deramine inculpatae tutelæ; vel au-
toritate publica in bello justo tam
offen.